

angelicum (angelicon)

1. APTHON. GL VI 85. 25 sqq. dimetrus autem (*scil.* trochaicus):

Phoebe tu lyra sonante
quod angelicon vocatur.

2. SACERD. GL VI 507. 19 sqq. choerilium metrum, quod et diphilium et angelicum nuncupatur, constat penthemimerica caesura et syllaba et altera penthemimerica. unde est metrum hexametrum catalecticum: una enim syllaba deest ut sint in eo pedes sex. huius metri est graecum exemplum:

ήνικά μὲν βασιλεὺς ἦ Χοιρίλος ἐν σατύροις,

latine sic: (Verg. *georg.* III 368 et 369)

intereunt pecudes, stant corpora magna boum.

DIOM. GL I 512. 23 sqq. angelicum metrum celeritate nuntiis aptum Stesichorus invenit. unam enim ultimam syllabam detraxit hexametro et fecit tale:

optima Calliope miranda poematibus.

restituere quam libet in ultimam syllabam, et inplebis hexametrum.

[CENSORIN.] GL VI 615. 1 sq. angelicus numerus <una> syllaba coartat hexametron, ut: (Verg. *Aen.* III 319)

Hectoris Andromachen Pyrrin conubia servas?

<***>.

[CENSORIN.] GL VI 617. 5 angelicum syllaba breviata heroicum esse monstravi.

[R.S.]